

missione invocemus; sub illius patrocinium omnia opera nostra ponamus, quoniam Deus omnes succurrendi potestatem dedit, et filios suos, modo specia- liore.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. In Christo Domino, in B. ejus Matre et in Sanctissimo Josepho.\*Fuisse pulchritudinem. ¶ Ut natura perficeretur et eorum augetur gratia. Fuisse pulchritudinem. . . .

### LECTIO III.

*Immaculatus Joseph in diebus nostris.*

In nostris diebus mala dicere possumus, reproduc- tionem esse sæculi decimi sexti, et persecutionem quem sustinet Ecclesia, fructus esse illorum tempo- rum, quæ tanta cum diligentia, sæculi transacti encyclopæ- distæ ederunt coluerunt et propagarunt. A protes- tantismo oriundum est liberalismum; et a liberalismo exurgunt, materialismum, rationalismum, naturalis- mum indiferentismum, socialismum et atheismum; et in unum convenerunt adversus Ecclesiam, adver- sus familias religiosas et contra nos, qui cum multum essemus, quoniam ambae familiae josephinae propter magnum finem operantur, vere parum sumus, quo- niam hodie sumus in pueritia nostra. Hac de causa, Ecclesia Patriarcham in loco qui dignus est ei vult ponere coram periculi immensitate et circumstan- tiarum crisi; et nos qui perindigemus et qui hodie plus quam numquam in sua protectione spectamus, ita eum honore, venerari et glorificare statuimus, ut de facto salvet nos, et apostolicam accipiamus appro- bationem nostram. Præterea, securi sumus, Æternum

Patrem in cœlo non denegare nihil, illi qui in terris paternitas sua pre se tulit relate ad Jesum; et filius nihil denegat illi cui in terra subditus erat et Pater vocabat; et nihil Spiritus Sanctus negat cui fidelis- simus Deigenitricis fuit Sponsus.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Divinus Joseph in ipso primo instante suæ conceptionis.\*Ab originali peccato praeservatus fuit. ¶ Ita ut ejus anima infusa in corpore fuerit sine macula peccatis originalis. Ab. . . .

—DIA 18 DE SEPTIEMBRE.—

### LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Joseph, noli timere, ego enim in Dei nomine et ut legatus ejus a latere, te in discursu et cognitione tua confirmo et certiore reddo: Quod enim in ea natum est de Spiritu Sancto est; unde quod meritorie hu- militate recusabas, meritissime ex Dei ordinatione et praecepto accipias, et ideo noli timere accipere Mariam conjugem tuam.—*Pet. M.*—Et hinc nostri sancti Instituti minima societas quæ ex duabus fa- miliis composita est Sancti Josephi vexillo mili- tare omnes ejus filii et filiae decreverunt, revera tenentur ob oculos militiam noscere cui nomen de- derunt; pactum et suæ vocationis conditionem at- tendere, ut secundum nomen suum Instituti Sanc- tissimi Josephi, cujus finis est non solum saluti et perfectioni propriarum animarum cum divina gratia vocare, sed cum eadem impense in salutem et per- fectionem proximorum incumbere, nominis et voca- tionis mensuram adimplentes, maxime in favorem



nostrorum infidelium, sit laus eorum usque in fines terrae.—*Jos.*

Nos hæc sublimia, &c.

℞ Deo gratias.

℞ Joseph apud Deum multos habet titulos ad petendum pro nobis \*Ab Æterno fuit a Deo electus, verus Virginis Sponsus verus virginalis Pater. † Nomen Jesu publice imposuit, et Dominus domus Dei in terris. Ab....

### LECTIO II.

*Immaculatus Joseph in diebus nostris.*

Duo in nostro sæculo deficiunt virtutes quæ suffocare proponuntur et e medio societatis tollere, antichristianæ propensignes, et sunt: fidei humilitas et moderationis sermo, et hoc contingit, quia in sua superbia, omnia agitare et ad suam sublimitatem subicere, voluerat ratio hominis. Projicere omnis auritatis jugum, sacrum Ecclesiæ tribunalem destinare, ipsius Dei auctoritatem excutere, super seipsum elevare ut profundissimis penetret mysteriis, omnia ad se subicere: ecce quod vult nostrum sæculorum, quod in sua dementia somniata; et hac de causa. Deo permitente, frequenter in scepticismi caos prolabitur. Sed Joseph venit, domum suam Nazareth nobis aperit et ibi apud nos, velut exemplar humilitatis et obedientiae apparet, Angelus Domini apparuit ei in nocte et dixit ei, ut cum Jesu et Matre ejus in Ægyptum fugiat; sed Dominus Joseph nec discutat, nec examinat, nec fluctuat uno quidem instante, nec promissiones factas commemorat, nec excellentiam divini Pueri indicat, nec quod divina Mater patietur monstrat; sed Joseph imperatum facere inibit, Joseph simpliciter credit, Joseph lætus obedit, et Joseph,

propter suam humilitatem in sua fide non vacillat, intellectus suus inclinatur se, explicationes non petit et obedit, et Filium et Matrem accipiens, in Ægyptum fugit. Ut ita sint josephini et josephinae.—Amen.

Nos hæc sublimia, &c.

℞ Deo gratias.

℞ Maria et Joseph per suam immaculatam conceptionem. \*Differant a coeteris qui per gratiam Dei. † Ante nativitatem sed post animationem fuerunt liberati. Differant....

### LECTIO III.

*Immaculatus Joseph in diebus nostris.*

Magna virtus quæ perindiget sæculum nostrum est, minus loqui et plus operare, juxta Evangelium; quoniam multi loquentiæ defectus, vitium est, cujus humana superbia et infidelitas sunt consecraria. Hac de causa, nostrum est veri esse josephini imitatores fideles quod in domo Nazareth regnabat silentii et absque dubio, cætera omnia nobis adjicientur. Nollens homo cervicem suam eorum revelatione humiliare, rationis antonomiam proclamat et exinde cogitationis libertatem; hac de causa, hodie de omnibus rebus loquitur et usque quod nihil agnoscitur; et loquitur in congressibus, in politicæ societatibus, congregationibus et in periodicis libellis; et plus quam debetur, loquitur; quoniam ut, quod hodie factum fuit mææ disipetur, loquitur; ut rursus texere, quod heri distectum relinquitur, et in omnibus partibus confusionem seminans, loquitur, et omne humanum volens facere quod saltem facere debuerat, juxta divinas luces. Et inter tantum verborum, Sanctus Pater monstravit nobis majestatem silentii,



quod in justo Domino Sancto Josepho personificatum fuit; et ea ratione fecit, qua Evangelium nulla de Jesus Patre verba reliquit; sed silentii exemplum potentissimæ verbi vices implet, quoniam quod de vita sua scimus, sufficit ut perfecte agnoscamus, Josephum, bene cum societatis, familiæ et individui muneribus, implevit. Hoc ipso in Instituto faciamus; parum loquamur; postquam res consideratæ multum habeamus, loquamur et juxta officia nostra operemur, ita ut, bene munera nostra impleamus relate ad Institutum.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Quid est iste nisi divinus Joseph qui revera immaculatus.\*Progreditur quasi aurora consurgens. ¶ Pulcher ut luna, electusque ut sol. Progreditur quasi....

—DIA 19 DE SEPTIEMBRE.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Ex nostri Evangelii fundamento, quod ait: pariet autem Filium et vocabis nomen ejus Jesum, constat manifeste incomparabilem dignitatem impositionis et publicationis nominis Jesu angelica legatione, nostro Sanctissimo Josepho fuisse allatum, cum nos observantissimus sit apud homines, ut patres nomina filiis imponendi auctoritatem habeant.—*Pet. M.*—Cum Jesus sit filius Dei naturalis, aperte liquet beatum Josephum Æterni Patris in hac dignitate vices gessisse.—*Pet. M.*—Nullus alius apud cœlestem Patrem grandior, nullus gratior, nullus demum præclarior ad Sanctissimum Jesu nomen imponendum et declaran-

dum, sicut noster Joseph inventus fuit.—*Pet. M.*—Quod incomparabile et inæstimabile beneficium utpote memoriam mirabilium Christo Domino amoris incendio illud pridie quam pateretur, instituendi fideles debemus ut patet; deinde Sanctissimæ Dei-paræ Virgini et Sanctissimo Josepho.—*Pet. M.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Diligamus Patrem Jesu immaculatum Josephum.\*Fuit fidelis servus super familiam Dei, ut Christo et Virgini daret tritici mensuram. ¶ Et factus fuit carnis Christi nutritius et Matris Virginis solatium. Fuit....

LECTIO II.

*Immaculatus Joseph in diebus nostris.*

Tanti sceleris talibus in diebus viximus, ut omnino ad Deum nos tradere, cogimur, ut iniquitatis retineamus torrentem et bonorum operum vita stabilire, quæ nobis faciant regnum coelorum consequi. Videtur, quod demens est saeculum nostrum verbo *Progressio*; et impliciter materialis est progressio aut velut dicere solet, profectus materiae, quo opera Dei vastantur et ad nihilum rediguntur. Ad tanta mala curandum, Ecclesia ante nos ponit nomen Joseph, quod augmentum significat; sed sine augmentum, quod praesefert utilitas, augmentum; augmentum, quod verae progressionis secretum est, juxta Sanctam Ecclesiam et ita mirabilis progressio, quod non ut saeculorum præteritorum opera destruantur, permittit, sed immo ut perficiantur. Joseph cum Maria desponsatur et ab illo die vita sua fuit perficere se plus, plusque, magnæ illae virtutes imitando, quas divina sua Sponsa ante oculos



suos frequenter et gradu heroico ponebat, et ille ipse ad praxim reducendo tamquam Pater Jesus, utique ab illo immenso ineffabilium dulcedinum flumine bibendo, quae de illo gloriosior fecerunt sanctus. Non obstante illo profectu divino, semper augmentato, omnis in domo Nazareth velatus erat, sine resonare in vias et plateas Nazareth nec saltem ad modum notitiae, neque in conversationibus amicorum et notorum suorum ad discussionem subjectus, Dominus Sanctus Joseph nobis mittere suam benedictionem dignetur, ut mundus humiliet frontem coram fidei confessione et verae humilitatis praxi.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R In primo instanti animae Josephi fuit in luce. \*Facta fuit originalis peccati praeservatio. ¶ Sic fuit divinus Joseph antea liberatus quam maculatus. Facta....

### LECTIO III.

*Dominus et Protector tuus, ego sum.*

Tristia et infelicia fuerunt saecula illa quae ad humani generis regenerationem praecerunt, quia in illis de ordinatio erat omne et confusio et quia ipse populus Dei cum corde suo ingrato et duro victima fuit illius generalis corruptionis. Tunc super terram phenomenale regnabat caos et in illa iniquitas domina erat, et impiissimum omnium saeculorum mansionem quam fixerat in ea et in regno suo stabilitae erant omnes passiones cum omnibus suis soruitatibus et vilitatibus. In illa omne abominationis erat theatrum, ignota erat vera virtus, ubi cumque innocentia oppressa erat, deificatae erant

vanitas et mendatium, velut religio erat impietas, velut aequitas injustitia, tamquam animae magnanimitas, vindictum et tamquam si fuerat amor Patriae, crudelis ambitio venerabatur. In hoc statu terra, tempus praefixum pervenit Christus Dei apparuit et humana felicitas instauravit. Sed antea generis humani Redemptor, qui Puer factus fuerat cum omnibus infirmitatibus ei miseris ad humilitatem inhaerentibus, necesse erat virum justum et sanctum suscitare, qui eum defenderet, custodiret, nutriret, protegeret, aleret et a persecutoribus liberaret; et hic fuit Joseph. Quam magnus, quam excelsus et sine aequali est Joseph! Quoniam ipse, velut per Deum ad altiore ministerium praelectus sibi ipsi Verbum Aeternum subjectum habebat et Ecclesiae universalis Fundator, cum omni suo divino consilio, ad Josephum subjectum fuit, et Joseph ei dicere potuit cum omni veritate: Dominus Protector tuus, ego sum. Ah! Josephum amemus; toto corde nostro eum amemus et ita practice eum amemus, ut omni cum diligentia operemur, et omnis creatura eum honoret, laudet et glorificet.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Fluminis impetus laetificat Sanctum Josephum. \*Ut revera esset immaculatus. ¶ Deus in medio ejus non commovebitur, et adjuvabit eum.— Ut revera....

—DIA 20 DE SEPTIEMBRE.—

### LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

A Josepho tamquam a Domino et capite agnum  
Pissima



et terram uteri virginalis ad divinam eucharistiam faciendam etiam accepit; et consequenter ei ratione locati et conducti merces referenda est.—*Pet. M.*—Quam quidem bonam, confertam, cogitatam et super-effluentem nostro Sanctissimo Josepho Deus liberalissime concessit utque constituit.—*Pet. M.*—Beatissima Virgo Josepho tamquam capiti obedit, et appellat eum dominus; et ipse etiam fructus Christus Jesus, rex regum et dominus dominantium, Josepho tamquam Domino, tamquam tutori, tamquam patri obediat et sit subditus.—*Pet. M.*—In quo uno Jesu, Joseph super omnia creata, supremam habuit potestatem, et omnes coelestes spiritus et beatos etiam homines facile superavit; et vult etiam Deus Josephum ab omnibus honorari, et coram eo genuflecti.—*Pet. M.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Patrem nostrum Josephum redamamus.\*Fuit præses summi regalis concilii in terra et Dux custodiæ summi regis Christi. ¶ Et summæ reginæ Mariæ deputatus, et præfectus mensæ Christi et Mariæ. Fuit....

### LECTIO II.

*Domínus et Protector tuus ego sum.*

In spelunca misera Bethlehem Ecclesia catholica nata fuit, mysteriose in artificina Nazareth evolvit se et in hoc ad præxim reductum fuit quod deinceps in Calvariae locum inaugurare debebat, cum crucis vexillum erigeretur, posteaque per disitas et longinquis terræ regionibus nunciare se et propagare. Ideoque, Joseph, dudum in hoc vixit mundo, fuit vir ille qui in domo sua propria, Ecclesia catholica

habebat et ejus Fundator, cui bene dicere potuit: Dominus et Protector tuus ego sum. Ita in diebus nostris, tot est quod Dominus Joseph gratia nostrum filiorum suorum fecit, ut vir Dominus et Protector noster est. Tempora nostra decurrunt quasi illa quibus Joseph velut Protector infantiae Jesus ejusque Ecclesiae apparuit, quoniam mundus hodiernus idem est ac mundus illorum temporum præteritorum, enim corruptio magna hodie existit, it ut oculos horreat et corda nauseat. Fides jam extinguitur; charitas deficit et conatur ad miserorum gemitus sufocandos, inter bacchanalium strepitum et saltantium cachinnationem; et si pauperes et miseri flent, dives et malevoli rident, lactantur et de miseria jocant. In hoc rerum statu, Dominus nostrum sanctum Institutum constituit; eum gente pauperrima ignara efformat; et vix caput suum elevat, eum persecutiones incipiunt, contumelias sequuntur et de omni molestia se inserviunt, ut e medio tollant, quod vix incipit esse. Non, media alia non habemus ad Josephum ire, Josephum vocare et ita eum clamare, ut jam nobis dicat: Dominus et Protector tuus ego sum.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Magnificat anima mea Dominum.\*Et exultavit spiritus meus in Deo salutari meo. ¶ Quia fecit mihi magna qui potens est essendo sine labe originale conceptus. Et....

### LECTIO III.

*Domínus et Protector tuus ego sum.*

Mexicus, non est hodie quod antea erat. Mexicus erat antea virtutis, hodie Mexicus vitii; antea Me-



xicus fidei, hodie Mexicus infidelium; ante singulus mexicanus fidelior erat credens, hodie sunt mexicani, honorificis exceptis exceptionibus, series indifferentium. Ah Mexici! ah miserus mexicus! In superborum manssione, vitia nidificarunt, fictis cum vestimentis vestita; et in humilium manssione hospitium invenit virtus subsannata et despecta; et interea mali, impietatis suae gloriantur, boni, admodum insensibiles, verentur publica, fidei suae aliquid minoratae, profesio facere. Hac de causa, non sumus quod sumus et sumus quod antea nihil de hoc eramus et vidimus auctoritatem Ecclesiae jam non esse honoratam, leges civiles cum divinis non sunt harmonice, sancta dogmata irrisionem traduntur, etiam quod sacer est ad discussiones venit nauseabundas, in publicas cathedras error est lectio, praelium pollutum est et quia corda corrumpit, gloriatur, et nunciat, quod revelatio fabula est, fides fallacia, sacerdotes totidem hypocritae, credentes ultra modum religiosi et ipse Deus chimera. Sed hoc non semper perduravit; hora jam somnuit. Dominus Joseph operare incipit, socios secum habet, universalem sodalitatem efformat, ambas familias josephinas instituit et eis ait: Dominus Protector ego sum.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Mensura privilegiorum nostri divini Josephi potentia Dei dicitur.\* Quae parcendo maxime et miserando maxime manifestatur. † Decunt singulari modo suae immaculatae conceptionis manifestavit. Quae....

—DIA 21 DE SEPTIEMBRE.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Oh nimis felix, nimis beatus, cujus extremam vigilem ad horam. Christus et Virgo simul adstiterunt ore sereno.—*Hym.*—Quantas exhortationes, consolationes, promissiones, illuminationes, inflammationes et æternorum honorum revelationes accepit in transitu suo a Sanctissima Sponsa sua et Filio Dei Jesu.—*S. Bern.*—Dicam mirabilius quod nec ipsi Joseph concessum est, potest sacramentaliter illum manducare.—*Ger.*—Post mortem reliquos, mors pia consecrat; tu vivens superis, pars frueris Deo, mira sorte beator.—*Hym.*—Evaserunt admirantes, hoc est, alta quadam contemplatione suspensi in eorum meditatione, quæ de Christo a Simeone dicebantur. Adest Joseph et in excessu mentis miratur, et mirari satis non potest, qualiter sit ad tantæ dignationis admensus arcanum. Continua supendabatur extasi.—*Joan Bor.*—Visio quæ a Deo facta fuit Josepho est aliis excellentior.—*Christ. Drut.*—Corde vigile quod nuntiat Angelus Joseph audit.—*Ger.*—Multorum sentio, sit amoris vi divinum Josephum obiisse.—*Novarino.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Joseph superior Christi et Virginis in gubernatione.\* Quia caput mulieris est vir, et mulieræe subditæ sunt suis viris. † Quia etiam est Pater Jesu, et Jesus et Maria pendebant a potestate ejus. Quia caput....



## LECTIO II.

*Dominus et Protector tuus, ego sum.*

Nos, nec quomodo nec quando scientes, vocem audivimus divinam, quæ quod nunquam cogitamus, ad faciendum, vocabat nos; et ut faceremus per motum proprium nec per voluntariam electionem, sed per voluntatem Dei cui ita omnia disponit, quomodo, cum essemus pulvis et cinis ad fastigium summum evehenti fuimus? Non, nescimus quare; et inter veritatem quæ circumdat nos et inter alluviem tot malorum quibus sumus circumdati et submersere nos minet, in memoriam Patrem nostrum Josephum revocamus; et velut Æternus Pater tunc infirmitatem Jesus sub Josephi custodiam posuit, ita nunc, ut ambæ familiæ josephinæ fortes sint sub Sancti Patrocini, et juxta vocationem suam operare possint, Josephum oramus, et eum invocamus, et ad eum clamamus et corpore et anima ad eum nobis tradimus, velut dicere solet. Tantum ut digni simus gratiarum quæ petimus, restat et orationes nostræ a puro corde proveniant, ut per Angelorum sanctas manus ante thronum Altissimi deferantur et ibi monstratæ sint fervente instantia: Josephum oremus, eum invocemus, sanctam faciamus vim; anima pura oremus, et corde incenso in suo divino amore; oremus ut favore ambarum familiarum josephinarum, intercedat; oremus, ut omnes Sancti Josephi simus, ut super nos, omnis illa auctoritas qua Domum Nazareth gubernabat, excerceat, et hoc modo ad triumphum crucis intribuamus, ad Ecclesiæ pacem et ad libertatem Summi Pontificis.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Omnis finis divini Josephi sunt immaculati.\* Conceptio, nativitas, vita cogitationes opera omnia sancta sanctorum. V Sanctissima sunt, ab omni peccato sive actuali remotissima sunt. Conceptio....

## LECTIO III.

*Jesus ascendit ad caelos cum Patre suo Joseph.*

Jam resurrectus Jesus ibat in Betaniæ itinere cum S. Matre sua, et suis apostolis amatissimis et quinquaginta discipulorum, a quibus in Jerusalem se discedit, eis dans instructiones sanctas. Quum ad montem Olivete pervenissent similiter ab eis se recessit, et ejus corpus antea passibile et mortale, et nunc impassibile et immortale, magestuose et virtute propria se elevavit, cum animis justorum, et choris angelorum, volavit ad caelos ut sederetur cum suo Patre Æterno, et ad ejus sinistram virginali Patrem S. Josephum collocare. Ita est ut loqui debet quum de Ascensione Jesu agatur; quia si in Salvatoris resurrectione surrexerunt et apparuerunt in Jerusalem multa sanctorum corpora, perspicuum est ut affirmandum etiam magno fundamento, Josephum Sanctum per excellentiam, Virum justum ab ipso Evangelio. Josephum Sponsum dignissimum Mariæ, Josephum Patrem Jesu virginali; Josephum inquam surrexere; et quum ascenderet ad caelos similiter ascendit cum Jesu, et ascendit ad occupandum locum quod ipse Æternus Pater ei præpaverat ab Æterno quod nec carioribus apostolis concessum fuerat. Et vere quod, si ad dexteram Jesus, est virginalis ejus Mater Maria ad ejus sinistram est Joseph.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Virginalis Pater meus Joseph.\* Non moriar mo-



riar morte peccati, quia Pater meus est tu. ¶ Omnibus peccatoribus etiamque peccati originalis mortem omnino effugies. Non . . .

—DIA 22 DE SEPTIEMBRE.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Joseph videns uterum meum virtute Spiritus Sancti intumescere expavit vehementer, recordavit dicta prophetarum prænuntiantium filium Dei nasciturum de Virgine, reputavit se indignum tali servire Matri, donec Angelus in somnis præcepit sibi non timere.—*S. Birg.*—Angeli testimonium superveniens confirmatio ejus sit, quod ipse Joseph jam noverat, invenerat et existimarat.—*Pet. M.*—Ne timeas Joseph, accipere Mariam in conjugem tuam sed cognosce in hac re necessariam esse operam tuam ut ei officia Patris exhibeas.—*Salmer.*—Ex facie Virginis egrediebatur quidam splendor tanquam si sol fuisset in lucerna crystalli, et ideo videns Joseph tantam majestatem, ex humilitate volebat separari ab ea, reputans se indignum conversari cum ipsa.—*Bustos.*—Videbat Joseph Mariam gravidam, quam noverat, castam, et quia legerat: egredietur Virgo de radice Jesse; ecce Virgo concipiet; et non diffidebat hanc prophetiam in ea esse implendam.—*S. Remig.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Diligamus cum Jesu et Maria Josephum ex tota anima nostra.\*Jesum in templo præsentatum solventem doctorum dubia. ¶ Et ab insidiis et nece Herodis in Ægyptum fugientem. Pueri . . .

LECTIO II.

*Jesus ascendit ad celos cum Patre suo Joseph.*

Dicimus, affirmamus et firma fide credimus nos daturus esse illis veritatibus communibus et admisis omnibus Theologis qui maxime in Dei Ecclesia fulserunt, ascensum, ut doctrina docens D. S. Josephum esse quoad animam et corpus in cælo, et ascendisse cum Jesu in ejus ascensione gloriosa, doctrina est quæ haberi debet ut certa, quoniam non nisi ei decisione Ecclesiæ deest, ut possit cridi tanquam veritas fidei. Quia si maximi Theologi omnes convenient animas patriarcharum et prophetarum ad cælum ascendere committantes Jesus gloriosam humanitatem, est perspicuum, et affirmandum, quod, etiam anima Josephi ascendit; autem Joseph non solum patriarcha fuit et propheta, sed corpus ejus fuit sanctificatum ab origine suo, in ejus evolutione sanctificatum, magis ac magis per contactum divinum Salvatoris, sanctificatum, evidens est quod etiam ad celos ascendit; quoniam sua anima et ejus corpus recepturi erant immediate aureolam. Præterea impossibile erat ut corpus illud, subjectum esset ad corruptionem, quod tanto in labore sudavit et in angustiis officii, nec illi pedes qui sustinuerunt lascitudines fugæ in Ægyptum, nec illa brachia quæ eum amplexarunt nec aures illæ audientes ejus verba æternæ vitæ, nec oculi contemplantes illum, nec labia quæ in illo impremerunt divina oscula amoris.

R Magnum est Sanctum Josephum fuisse sine peccato originale conceptum.\*A quo meruit in cælum ascendere. ¶ Et a Filii latere sui sedere. A quo . . .

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.



## LECTIO II.

*Jesus ascendit ad caelos cum Patre suo Joseph.*

Multæ, et multiplices rationes et causæ nobis sunt pene demonstrantes, humane loquendo, D. Josephum esse in coelo quoad animam et corpus, et ut per suam dignitatem Patris Jesus, est sessus ad ejus sinistram, una ex his rationibus, est ut in nullo mundi loco inveniuntur tanta sancti ossa et reliquiæ. Sicut dicere possumus quod Sanctæ Annæ, S. Joachini inveniuntur; reliquiarum ejus, particulae in Hispania, Italia Galia, quod S. Baptistæ in Roma venerantur et Amiens, et denique quod innumera- bilium sanctorum corpora extracta sunt a fluminibus ab abyssis et ab atris per miraculosa lumina, revela- tiones factas et per alia prodigia; tamen nihil agnos- citur nec notum fuit nusquam de D. S. Joseph corpore. Quapropter quomodo potest concipi corpus S. Josephi permanserit in loco incognito, et non acci- pit honores, qui debiti sunt sanctis? Hoc christia- næ charitati pugnat. Non Deus non retrogreditur in suis gratis, et Joseph semel resurrectus a Jesu separari non debuit, quia Pater, non a filio, nec Spon- sus a Sponsa, quia bona sunt inter se communia; et si quoad corpus et animam Jesus est in coelis; Jo- seph etiam ita, esse debet: si Maria est in coelis se- cundum corpus et animam Joseph etiam quoad cor- pus et animam esse debet in coelis.

Nos hæc sublimia, &c.

℞ Deo gratias.

℞ Quod aliis fuit finis et terminus.\*Nostro D. Jo- sepho fuit initium et fundamentum. ✕ Quia diligit Dominus portas suorum parentum super omnia ta- bernacula Jacob. Nostro....

## —DIA 23 DE SEPTIEMBRE.—

## LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Spiritui Josephi tam in extasi facto, Angelus ad hoc deputatus, divina mysteria facta in Sponsa Vir- gine declaravit.—*Sim. de Cas*—Joseph gestavit Jesum in dorso in Ægyptum et ab Ægypto in Na- zareth.—*Alber. Mag.*—Arbitror et Josephum vi- rum Mariæ frequenter puero arrisisse.—*S. Bernard.* Ita de divo Josepho accedite ad eum et illumina- mini dicere potuit, qui fuit altissimus in contempla- tione.—*S. Bernard.*—Joseph justus erat in fide.—*Card. Vitriac.*—De Joseph dicendum: quod ipse vo- cari potest Propheta.—*Tost.*—Plus Joseph de sapien- tia dormiens, quam vigilantissimi etiam prophetarum obtinuit.—*Anton.*—Oh Sancte et juste Joseph! quo- modo de re tanta, tam nova, tam inaudita, tam cito firmiter credis?—*Card. Cam.*—Joseph angelo tan- tum per somnium admonenti, et rem incredibilem, et novam affirmanti, cito credit.—*Jans*—Nobilissi- mo limbi in loco depossisse.—*Gislerio.*—Maria data fuit Sponso Josepho, ad honorificationem ejus.—*Alb. M.*

Nos hæc sublimia, &c.

℞ Deo gratias.

℞ Dignitatem Josephi declarandam dicere possi- mus.\*Considerata humana conditione et origine. ✕ Crhistus futurus erat tum non, tum etiam jure sub- ditus Joseph, licet ratione divinitatis esset exemplus. Considerata....